Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36543
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Dixit iterū abbas pymen pastor: quia si duas res oderit monachus. potest liber ēe ab hoc mundo. Et dix̄ ei fr̄: Quę s̄ istę. Et dix̄ ei senex. Carnalē repausationē & uanam gl̄am. Diuersę exortationes patrū.

Narrauer̄ de abbate pambo quia uenientis in ipsa hora qua decidebat ex hac uita. & dixerit asstantib; sibi sc̄is uiris. quia ex quo ueni in locū hunc solitudinis & fabricaui m̄ cellā. & habitaui in ea. extra laborē manuū mearū n̄ recolo me comedisse panē. neq; me aliquando locutum fuisse sermonē quē me ꝓtulisse peniteret usq; ad hanc horā. & sic uado ad d̄nm quomodo qui nec iniciū fecerim seruiendi d̄o. Y requiem.

Dix̄ abbas sisoyus. Esto c̄temptibilis. & uoluntates tuas post tergū tuū ꝓice. & esto securus a secularib; curis. & habebis.

Abbas camē cū ess & moriturus dix̄ filiis suis. Nolite habitare cū hereticis neq; habeatis noticiā iudicū. neq; sint manus u̅r̄e apertę ad aliquod c̄gregandū. s; sint magis extensę ad tribuendum.